

habet i dimidium mansum. Quidam Lampoldus serviens domni Cononis habuit i dimidium mansum et v agros, quę omnia nunc habent heredes illius. Quidam Rōdolfus nunc occisus habuit novem agros, quos nunc tenent heredes illius. Quidam Berehardus cum Rōdolfo occisus habuit i curtile et dimidium mansum, quem emit a quodam Ricperto, qui illum  
 5 non proprietatis iure, sed beneficii gratia possedit. Rōdolfus de Cornere habet i curtile, unde annuatim iiii denarii reddebantur, quod ipse nunc potestative absque tributo tenet. Aliud quoque curtile habet idem Rōdolfus, quod pater eius emit a quodam Alexandro, quod ille ideo iuste vendere non potuit, quia dicioni ecclesię subiacebat. Quidam Bouo habet ii curtilia, quę quondam ecclesię iiii denarios annuatim tribuebant, nunc autem longo  
 10 tempore nihil. Quidam Herwardus habet i curtile, quod iam pridem iiii denarios persolvebat, nunc autem nihil. Quidam Tiodericus sepius munitione sibi partem de tribus curtilibus ecclesię raptim attraxit. Hazecho quidam habet curtile i, quod quondam ecclesię iiii denarios tribuebat, nunc autem nihil. Curtis, quam Rōdolfus nunc occisus edificiis honorifice locatis inhabitabat, nihilominus iuri ecclesię competit. Quędam nobilis matrona  
 15 nomine Richenzæ tradiderat ii mansos in villa, quę dicitur Kindelbrucken, pro salute domni Vdonis mariti sui ad ecclesiam nostram, quos postea eadem ecclesia iure proprietatis plus quam decem annos tenuit, sed nunc iniuste ab ecclesia subtractos posteri illorum illos possident. Quidam nobilis homo nomine Kunemunt tradiderat iiii mansos in villa, quę dicitur Stethenen, pro salute patris sui Volholdi ad ecclesiam, in qua sepultus est, quos  
 20 postea ecclesia iure proprietatis longo tempore tenuit, sed, qualiter nunc ecclesia suis careat bonis, ignoramus, preter quod nostrę etatis homines non latet, quod illos quidam vir nomine Elle de villa, quę dicitur Wanus, tenuit. Heredes Hartinhi habent duos mansos, qui annuatim i talentum persolvunt. Filii Berehardi occisi habent i curtile, quod debet annuatim iii denarios. Benno quondam villicus habet, ut certius investigare potui, adhuc  
 25 in sua potestate aut viii aut viiii mansos, quod ipse tamen non fatetur, sed ab aliis ita esse percepi. Hęc ex consilio domni Lodowici comitis colligendo descripsi videlicet, ut, si aliquando coram episcopo querele oportunitas data fuerit, sciri valeant. Hęc nimirum omnia et adhuc multo plura sola provisorum negligentia facta sunt et facillime reparari queunt, si iusticia locum invenerit.

30

217.

*König Konrad III. schenkt der von seinen Vorfahren gegründeten Kirche Simonis und Judae in Goslar die Dörfer Wirschleben und Wivelingen. — Zeuge: Landgraf Ludwig. Fulda, 1150 [April].*

*Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Goslar. S. = Heffner III. 32.*

*Gedr.: v. Heinemann, Codex dipl. Anhaltinus 1,267. Stumpf 3570.*

35

*Anm.: Die Urkunde gehört in den April, da der König sich am 2. dieses Monats in Fulda aufhielt, und der annus regni XIII nach März 13 fällt.*

— — testes subternotari fecimus, quorum nomina sunt hęc. Hartwicus Bremensis archiepiscopus. Ōthelricus Halverstatensis episcopus. Sigefridus Wirzburgensis episcopus. Wibaldus Corbeiensis abbas. Comes Herimannus de Wincenburch. Lūdewicus